regnum sperare perpetuum et hostias imma
culatae conversationis deo semper offerre me
minerint. Gens sancta: et populus adquisitionis
vocantur iuxta id quod apostolus Paulus. Nos autem
inquit non sumus subtractionis in perditionem.
sed fidei in adquisitionem animae. Et in actibus
apostolorum. vos spiritus sanctus posuit episcopos regere
ecclesiam domini quam adquisivit sanguine
suo. Populus ergo adquisitionis facti sumus
in sanguine nostri redemptoris quod erat quondam
populus israhel redemptus sanguine
agni de egypto. Ut virtutes adnun